Materiae cognoscendae regula haec est: Tunc materia censetur esse gravis et obligare sub peccato mortali, quando alias legislator non obtineret finem a se prudenter intentum. Rationem huius regulae damus istam: quia potestas obligandi in gratia a Deo Supremo Legislatore derivata est in Legislatores hominos ut hi fines a se prudenter intentos faciliq consequantur. Multi siquidem propter obligationem gratiae et timorem offensae divinae observant legem, qui alteraquin eam propter solam poenam temporalem transgrederentur; ergo merito censetur Legislator tunc obligare sub mortali, quando id necessarium; l. etiam maxime proficuum est ad obtinendum finem a se prudenter intentum. Hinc lux affulget ad resolvendos nonnullos casus, et reddendam rationem, cur saepe materia per se levis possit evadere gravis, quia scilicet alias legislator finem a se prudenter et rationabiliter intentum vix ob-

tineret. Unde belli Duces exigua sæpe furta à militibus commissa possunt suspendio plectere: Superiores religiosi evagantes, aliosque excessus per se non graves sub peccato mortali prohibere: illi quidem ad conservandam disciplinam militarem, hi v. ad conservandam disciplinam religiosam et famam ordinis tuendam. Qui sunt fines adm laudabiles et prudenter intenti ut iaciter notant Doctores. Ita similiter graviter peccare potest medicus, qui tempore pestis se subducit; negotiatores, qui tempore famis frumenta extra regionem exportant; opifices qui tempore belli arma patriæ necessaria vendunt externis; licet n. eiusmodi actiones videantur versari circa materiam levem hæc ipsa tamen materia potest fieri gravis ob annexas circumstantias, maxime ob finem à Legislatore intentum, qui est conservatio reipublicæ et bonicomis. An a. in prædictis casibus semper detur obligatio gravis seu sub peccato mortali patebit magis ex sequentibus.

Concto 4. Lex hna n pt precipere maam
levem, qua levem, sub pecto mortli; pt tn precipe
re maam gravem sub pecto levi seu veniali.
Probr pars 1. si levia, qua levia poent p=
cipi sub pecto mortli, videretz everti naa
rerum dissolvi societas hna, q sub tyranni
co imperio et legibus difficillimis q moralr
observari nequeunt diu gsistere tranquilla
n pt; aliaqs incommoda gravissa emer
gere, q gsideranti facile occurrent. Accedit,
quod nusquam legatz à Deo gressa hoibus
potestem ut levia, qua levia point pre
cipere sub mortli. Si tn res leves ex ci
cumstais praesertim ex fine per Legislato
rem intento fiant graves, poterunt sub
mortli precipi, quia alias gubernao gris
hni foret difficillima aut oio impoblis.
Sount etm ut observat Charamuel in Phlia
fundamentali num. 7020. videri aliqua primo
intuitu levia q st gravia et alia gravia

q̃ sunt levia. nempe res, q̃ intrinsece et quoad se consideratæ leves sunt, consideratæ extrinsece et quoad effectus solent interdum esse graves: et res graves si in ordine ad aliquem levem finem considerentur: tunc n. à fine quantitatem accipiunt, fratr loquendo fiunt leves. Hinc in nonnullis Religionibus violatio silentij prohibetur sub mortali, quia licet hoc per se leve sit fit tn grave ob circumstantias, et finem, quem Legislator sine tali lege n obtineret. vide San-Gall. Sect. 1. de Leg. q. 1. pag. 100. ubi aiunt, quando superior in virtute obedientiæ mihi præcipit ut tollam festucam, si n faciam, peccato mortali, etiam secluso expresso contemptu. De Deo certum aut saltem probabilius est, quamvis n pauci negent, quod possit levia præcipere sub mortali; quia Deo sine evidenti ratione nil denegari debet.

Probatur pars posterior: Actus agentium n operantur

ultra eorum intentionem ut habet Arg. Lege:
Non Omnis ff. Si certum petatur et
et capite ultimo de praebendis. Datur etiam lex
pure poenalis, quae etiam in materia gravi tantum ob=
ligat sub poena et sub nulla culpa ut
mox videbimus. Item de facto multa vi
dentur praecepta sub veniali quae sub mortali
praecipi potuissent. Quis enim neget, suscepti
onem Sacramenti Confirmationis non potuisse
praecipi sub gravi peccato sed factum non est. Ergo
Sed gtra.

Ob. 1. Ex ipso quod materia sit gravis
est etiam gravis obligatio aritur enim haec ex iure
naturali et divino dictante parendum esse
superioribus ergo materia gravis non potest praeci
pi sub obligatione tantum levi. R. neg. Ans
nam lex eiusque obligatio pendent immedi
ate ex voluntate obligantis, qui licet illam
non possit extendere ultra capacitatem materiae
potest tamen moderari eamque capaciti non aequa

rj; et rao disparitis e. quia ad ponendu ali
quem effectum gravis oiu requiritur ad deservendum suffi
cit vng.

Ob. 2. Si maa gravis pt praecipj
sub pecto levj, obligao legis erit arbitra
ria; et diffria pecti mortlis à venialj pen
debit à volte legislatoris n a. ex naa
rej: go etm maa levis poterit praecipj sub
pecto gravj. R. dist. sequela; obliga
tio legis et diffria pecti venialis ac mor
tlis pendebit à volte legislatoris et n
ex naa rej immediate, gredo: mediate,
nego; cum n. legislator praedicta sua
moderaoe utitur, facit, ut transgressio
legis sit solu venialis, q. absq illa
foret mortlis ut bene Arriaga n. 78.

Ob. 3. Obligao e effus naalr legē
gsequens: go n pt fieri pro arbitrio legis=
latoris. R. dist. ans: obligao e effus
naalr legē gsequens et dependens à quali=
tate legis à qua provenit, gredo; indepen
dens, nego ans et gsequia.

Qb. 4. Votum est lex privata: ss in voto
mae gravis n pt se aliquis obligare tm
sub veniali: go neqz in lege. Rx. neg.
min: cum n. obligao voti pendeat ex in
tentione voventis pt se leor obligare
ad aliquid grave in Dei honore faciendum.
Hic tn observandum est quod si conatus Legislato=
ris volentis obligare gravr cuia maa leve sit in=
efficax quoad expressum illum obligaois sub morta
li, probbr tn efficax erit ac validus quoad
obligaoem sub veniali, cui maa est propor
tionata; ut n. hbt regula. Iuris in sexto
Utile per inutile n vitiatz; atq eo casu
etsi maa sit inutilis et improportinata
ad obligaoem sub mortli, utilis tn est sub
veniali; nec deest intentio, cum legislator
obligare velit, quantum potest.

Patz lex pure poenalis. Concto 5. Lex obligat ad solam poenam
ni culpam l. Legislator exprimat, l. gsue
tudo declaret, l. cois sensus Pactorum et
fidelium gsentiat. Crbr 1. Onera et vincula

n̄ sit inijcienda subditis, nisi l. ex ipsa mani
feste iubeat l. aliunde mens legislatoris
clare innotescat. 2. Leges poenales, sicut
oia odia strictme sunt interpretandae,
ut passim admittant oes Thli et Iuris
Consulti. 3. Nulla necessitas ē obligan
di ad culpā, si lex obliget ad poenā
praesertim gravē, cum ex hac sola poit
refrenare subditos ne legē transgrediantur.
4. Legislator hbt liberrimā potestem ex
primendi obligaōē culpae thlicae si ex
primere velit: gō dum n̄ exprimit sig
nū ē eū n̄ obligare ad culpā. Unde
Colliges 1. Pari n̄ tm legē mixtā ss
et pure poenalē; raro tn legē civilē ob=
ligare sub culpa thlica, quia ut plurm
solius poenae mentionē facit. Hinc de
fraudantes vectigalia, etm iuste impo
sita n̄ peccare nec teneri ad restitutionē,
ut expresse docet Quardus in Canone 18 Bullae

cœnæ q. 12. n. 18. Navarrhus in manuali c. 23. n. 55. et alij gtra Vasquez et plures n̄ improbbr dissentientes. Sic et milites n̄ peccant Thlice, qui sine damno l. in curia alterius militarē disciplinā n̄ observant. nec incarcerati, qui gtra præceptū principis carcerē effringunt ad salvandā vitā l. aliam gravē poenā effugiendā.

2. Præcepta Eccla obligare sub mortli, quia tum Eccla, tum praxis et gsuetudo sic declarat. Idem dicendū ē de similibus alijs præceptis Ecclicis præsertim quorū transgressioni imposita ē gravis poena excommunicationis, depositionis &c. Neqz tn ex eo præcise quod lex imponat poenā mortis mutilationis, exilij perpetui inferri, legē obligare sub mortli, cum ad impositionē poenæ quantumvis gra=

vis videatur sufficere si culpa politica seu civilis gravitatis. Si v. poena, quae à lege imponitur sit spiritualis, Ecclesiastica, et proprie dicta poena signum est eius transgressionem includere culpam theologicam. Dixi proprie dicta poena, quia Irregularitates et aliae similes inhabilitates non sunt poenae proprie dictae.

3. Legem mere poenalem non esse legem proprie dictam, sed tantum secundum quid; non n. obligat subditum in foro interno seu conscientiae, sed tantum in foro externo quoad poenam solvendam ut bene cum aliis advertit Charamuel num 33. Unde et San-Gall. pag. 98. docent cum aliis leges poenales dicendas esse leges Conventionales sive pacta, vi quorum teneatur subditus, qui legem transgreditur certam poenam persolvere. Quae pacta hoc l. simili modo possunt exprimi: si hoc feceris, dabis hanc poenam; l. potes hoc praeceptum transg

gredi, ss ea gdioe, ut si transgrediaris, poenae reg efficiaris.

4. Legem civilem tunc potmum obligare sub culpa, qndo declarat ius naale, ut, ius naale dictat, bonum publicum ee privato praeferendum, et gsequenter privatam personam interdum obligari ad vitam pro salute reipubl. exponendam. Hoc ius, qod per se clarum e, ss n facile capitz a subditis praesertim plebeis pt lex civilis declarare: q. proinde sic declarata obligabit subditos sub culpa tanta sub quanta obligat ipsum ius naale. Unde advertendum est legem civilem ee duplicem, rectricem scil. politiae hnae, et declaratricem legis naalis. Illa raro obligat sub culpa; haec toties ac tm, quoties et qntum lex ipsa naalis obligat.

Concl. 3. Plures leges possunt impleri eodem tempore pluribus actibus. Prob.: Qui efficit quidquid per praecepta exigitur, satisfacit illis praeceptis: sed qui eodem tempore v.g. audit missam in festo praeceptam, et simul orat horas Canonicas et etiam preces pro poenitentia Sacramentali impositas, efficit quidquid per praecepta illa exigitur: ergo etc. Non desunt qui probabiliter docent, te si obligatus sis ad duas missas audiendas, satisfacere audiendo eas simul, quando in duobus altaribus eodem tempore celebrantur. Contra v. si casus contingat, ut executio unius praecepti executionem alterius impediat, ita ut simul stare non possint, certum est, diversis actibus eodem tempore non posse impleri plures leges.

Sectio 6.ta

Quomodo Leges mutentur et cessent?

Concl. 1. Cessat lex, eiusque obligatio cessante causa materiali seu finali legis adaequata. Prob. pars 1. Materia cessat, quando l. obiectum legis ex honesto fit turpe, l. ex utili inutile, l. ex possibili impossibile. Sed lex quae non est honesta inutilis seu impossibilis non est lex, non n. habet necessarias et essentiales conditiones, neque obligat: ergo etc. Quod si tamen lex

quæ nunc est inutilis aut impossibilis postea
rursus evadat utilis l. possibilis, rursus obliga
re incipiet. Sic clausura monialium, q. tempore
belli redditur impossibilis elapso bello rursus obli
gabit moniales. Probr. pars 2.da Cessante causa fina
li adæquata propter quam lex lata est cessat
utilitas legis, ergo Dixi: adæquata. si n. lex habeat
plura motiva aut partes, una cessante perma
nebit obligatio respectu alterius. Acriter hic quer
tant Auctores, an cessante fine legis adæqua-
to respectu unius personæ particularis cesset etiam eiusdem
legis obligatio respectu illius personæ? negant multi
affirmant alij non contemnendæ auctoritatis. Ego
distinguo et dico: cessante fine adæquato le-
gis respectu unius personæ per se nunquam cessat ob-
ligatio legis. cessat tamen per accidens in eo casu, quem
ipse Legislator excepisset si prævidisset. Ra-
tio prioris est: quia obligatio legis durat tamdiu
quamdiu Legislator prudenter vult subiectos esse
obligatos: sed in dicto casu adhuc prudenter
vult subiectos omnes esse obligatos habet n. adhuc
honestam rationem suæ legis, nempe promovere et conser-

vare bonum coue Reipubl. per oes et singulas acti
ones subdorum à lege praescriptas: go &c. In ex-
plo res clarior evadet: sit lex ne quis arma
ferat nocturno tpore. finis e avertere tumul
tus, rixas, caedes &c tu dicis: ego non obligor,
quia cessat apud me finis legis, qui sum homo
pacificus, neminem laedo &c Sed falleris et obli-
garis; quia licet respu tui quatenus es perso
na mere privata et gsiderata sine ullo respu
ac ordine ad coitem, cesset finis etm adae-
quatus legis, non tn cessat finis respu totius
coitis, cuius tu membrum es, ideoque teneris le-
ge tamdiu, quamdiu tenetur coitas. Confirmatur:
Legislator intendit gservaod legis, sz lex melius
conservari non pt quam si oes obligentur etsi
in uno alterove cesset, aut potius cessare
videatur finis et ratio Legis. Denique si legis-
lator ipse interrogaretur, num etm sub hac Lege
gprehenderet pacificos et bene moratos? respon-
deret, utique illos etm ee gprehensos. Unde etm
patet ratio posterioris -; quia lex in tantum obli
gat, in quantum Legislator obligare intendit: go si
quis casus emergat, quem ipse Legislator excepisset
si ab eo praevisus fuisset, dubium n e, quin tunc cess-

et obligatio Legis. Hinc si ieiunium tibi grave no
cumentum adferat non obligaris ieiunare, quia non
est mens Legislatoris te in tali casu adstringere.
Sed hac de re plura ubi de Epikia.

Concto 2. Lex cessat per revocationem et per
irritationem. Probr: Revocatio est voluntas Le-
gislatoris, qua legem à se latam tollit et non vult
eam amplius habere vim obligandi; per quas a. causas
aliquid nascitur per easdem dissolvitur, ut habet
regula Juris in Sexto. Irritatio v. seu annulla-
tio est voluntas superioris, qua legem à Legislato-
re inferiore latam tollit eamque invalidam reddit.
Inferior a. Legislator pendet a directione et
Imperio superioris: ergo leges tam per irritationem quam
revocationem cessare possunt. Et licet omnis irritatio
sit prohibitio, non tamen omnis prohibitio actus est
irritatio illius; nam Ecclesia prohibet, ne sacerdos
ullum Sacramentum administret in mortali neque
tamen Baptismus in mortali administratus est irritus
ac invalidus.

Concto 3. Lex cessat, et abrogatur per consue
tudinem contrariam. Probr: consuetudo habet vim Legis:
atqui lex posterior potest abrogare priorem: ergo etc.

Verum hic observandum est, quod consuetudo, quae legem potest abrogare debeat esse 1. rationabilis, de re scilicet honesta, utili, non molesta nimis et difficili. 2. Ut libere et publice frequentetur à maiori parte coitus. 3. Ut usurpetur à populo cum animo obligationis introducendae; non v. ex sola pietate aut honeste. In dubio an consuetudo introducta sit cum intentione obligandi, an ex mera pietate? standum est pro libertate operantium. Unde ceremoniae non nullae Ecclesiae, quibus interesse solet populus, non obligant, quia non sunt introductae cum animo obligandi v.g. aspersio aquae benedictae, ritus qui solent adhiberi in benedictione Cinerum, palmarum etc. 4. Ut Princeps l. Legislator in consuetudinem eiusque obligationem expresse l. interpretative personaliter l. legaliter consentiat. Pr. a. expresse consentire quando consuetudinem introductam approbat et confirmat: interpretative, quando scit legem à se latam violari et neminem reprehendit, cum facile potest: personaliter, quando in consuetudinem uno ex praedictis duobus modis consentit: legaliter quando consuetudo per viam praescriptionis

legem abrogat, quod fieri potest etsi Princeps de ta-
li consuetudine prorsus nihil sciat, ut coiter do-
cent Auctores contra Vasquez. Introducitur a.
consuetudo per viam praescriptionis quando haec ad sui
firmitatem et obligationem inducenda obtinet tempus
à Iure requisitum. Requiruntur a. anni decem
tam ad Culpam quam civile; quamvis alij sessine
sufficiunt fundamento, ad Culpam exigant qua-
draginta. Numerus a. actuum ad consuetudinem re-
quisitus arbitrio prudentum et morali hominum
iudicio relinquitur ut recte Honold. n. 138.
contra Azorium, Panormitanum Bartolum, Sa. Re-
ginald. et Rodrig. qui putant duos l. tres
actus sufficere si princeps sciat et non reclamet.
Ad praescribendum contra legem bona fides non
requiritur, sicut ad alias praescriptiones quae con-
nexae sunt cum damno aliorum, unde nunquam inchoari
possunt mala fide; licet n. etiam hic forte Legis-
lator cuius lex violatur ab initio damnum aliquod
honoris aut aestimationis patiatur, adeoque primi trans-
gressores legis ut plurimum peccent, si tamen
legis violatio per certum tempus duret et sen-

sim gsuetudo gtraria invalescat, cedit Princeps iuri suo, et in gsuetudinē vel personatr vel legaliter consentit. Potest tamen consuetudo universalis per legem aeque universalem abrogari. Particularis a. id

Particularis a. gsuetudo per legē urlem non abrogatz ni talis gsuetudinis clausula derogatoria saltē sub tnis generalibus expresse apponatz. Vide fusius Honol. n. 148. et Fran. B. Sp. D. 10. à numero 14. Obligat etm gsuetudo in gsciā si res est gravis et coiter observatz à coite l. maiori parte illius: item si viri prudentes male sentiant de his qui non servant gsuetudinē, l. si Prelati reprehendat et puniant transgressores, l. denique si ipsa gsuetudo multū conferat ad Reipubl. utilitē et gservaōē; licet Adamus Burkhaber Centuria 1. casuū gsciē casu 90. censeat urlim loquendo gsuetudinē non obligare in gsciā, cuius aliqua lex scripta non extet.

Concto Lex hna abrogatz et cessat per legem gtrariā et per interpretationē. Pars 1. c

cois, quia lex per illud abrogatur per quod revocatur prior voluntas obligandi: sed per legem contrariam quam ferre potest l. idem ipse legislator, l. eius successor, l. utriusque superior revocatur l. irritatur prior voluntas obligandi &c.

Pars 2. quoque cois est: nam interpretatio est duplex, alia secundum legem: alia contra legem. Interpretatio secundum legem est prudens ac moderata legis explicatio ad sensum verborum in casibus particularibus attemperata. Et hoc iterum triplex est: Audentica, Usualis et Doctrinalis. Audentica est, quae fit ab eo qui potestatem condendae legis habet. Usualis quae fit per consuetudinem legitime introductam. Doctrinalis quae fit per declarationem virorum prudentum et Doctorum ex principijs iuris et Theologiae, quae declaratio etiam si vim legis non habeat, sicut habet declaratio legislatoris facit tamen ut qui libet eam in praxi sequi possit, etsi legislator v.g. Summus Pontifex extra legem dicat aliam sibi mentem fuisse ut recte observat Emanuel Sa Verbo Lex n. 23. Ratio est; quia privatae

l. unicū illud sacrū in loco domicilij sui legatur non tenetz interēe, quia dū domi existebat, n̄ erat proxe obligatus audire hoc sacrū, sed poterat aut debebat differre, donec ulta missa, l. unica illa legeretz: postea v. dū est in alieno loco cessat obligatio. Suarez tn et Basilius Pontius n̄ improbl̄r dissentiunt.

4. Si ex eas è tuo territorio ubi ē ieiunium potes mane ientaculū et meridie prandiū sumere si eo die perventurus sis ad locū ubi n̄ ē ieiuniū; quia lex ieiunij ē indivisibilis, obligans pro integro die et non pro aliqua parte tm̄. Aliud ē de comestione carniū; quia hoc preceptū ē divisibile, obligatq; pro singulis diei partibus, ita ut licet quis semel comederit carnes, adhuc tn obligetz eas non comedere. Contrariū tn non improbl̄r tenet Francis. Bonae Spei P. 7. de Leg. n. 84. Eo quod lex abstinentiae à carnibus hoc mō explari debeat: non sumes carnes, ne vel semel in die. à qua lege excusatz ille, qui tali die futurus ē in territorio in quo nulla ē abstinentia a carnibus.

5. Constitutus

5. Constitutus in alieno territorio ubi non est dies ieiunij, si mane et meridie comedas, vesperi in proprio territorio ubi est ieiunium, non teneris ieiunare, ob eandem rationem, quia lex ieiunij est indivisibilis.

Concl. 4. Clerici tenentur legibus civilibus quae immunitatem Ecclesiae non laedunt nec statum clericalem dedecent; et quidem directe, non tamen quoad vim coactivam. Probatur pars 1. Clerici sunt vere cives et partes praecipuae civilis Reipubl. ac proinde gubernatori politico subiecti esse debent: atqui gubernator politicus Iurisdictionem temporalem habens in Republ. non est Pontifex sed Rex sive Princeps: ergo Regi in temporalibus istis subiecti sunt: ergo poterit Rex eas leges imponere, quae tam eorum statui quam Reipubl. convenientes sunt, quemadmodum illae, quibus taxatur pretium frumenti, praescribitur valor monetae, modus aedificandi, contrahendi, testandi etc. Confirmatur: Clerici neque ex iure divino, neque humano exempti sunt a gubernatione politica Reipubl. imo contrarium potius habetur ex utroque: ergo etc. Illis tamen legibus quae immuniti Ecclesiae ac eorum

statui repugnant nullo modo tenentur, ut habetur in Trid. Sess. 25. de refor. aliisque pluribus locis Iuris tam Civilis quam Canonici. Porro immunitas Ecclesiastica laeditur ac violatur

1. Si Ecclesia aut Ecclesiae personae impediantur uti rebus seu facultatibus sibi à Iure gressis.

2. Si illis diminuantur privilegia à Deo Summis Pontificibus aut etiam Principibus Laicis gressa.

3. Si clerici propter ordinationes l. statuta magistratuum efficiantur timidiores.

4. Si efficiantur deterioris conditionis quam laici

5. Si leges saecularium natae sint afferre Ecclesiis l. personis Ecclesiis incommodum

6. Si iudex laicus compellat Clericos etiam tempore famis ad vendenda frumenta.

Haec omnia productis gravissimis Auctoribus probat Piana p. 4. Tract. 1. Et addit, quod omnia Clericorum, etsi inferant damnum, non possunt per iudicem saecularem capi, nec damnum factum exequi. Item quod saeculares titulo consuetudinis etiam immemorialis non possunt introducere ex

actiones et gravamina gtra Clericos ss subia
ceant excoicaoi. Hanc a. Clericorum exempti-
onem et libertatem, tam quoad personas, quam
res et loca eorum, esse iuris non tm hni, ve-
rum etm divini palam est ex Trid. Sess. 25. c.
20. Et probat nervose nr Aegidius Ranbeck
in sua Panoplia libertatis et immunitatis Ecc-
lesiae c. 2. n. 16. et seq.

Partis secundae eadem est ratio: quia Clerici
tam saeculares quam religiosi sunt vere subditi Legis-
latoris saeculares quoad leges statui clericali non
repugnantes: nec expediret eos recipi in comem
reipub. societatem ni vellent subijci huiusmodi
legibus. Pars 3. Clare gtinetur in Iure Canoni
co varijs locis quae passim referunt Doctores. Et
patet experia, qua Clerici delinquentes neque
solent, nec possunt nec dnt à Laicis coerceri aut
mulctari: go n tenentur legibus civilibus quoad
vim coactivam, coercitivam et punitivam, ss tm di-
rectivam. Contra quod

Ob. Potestas praecipiendi giunta est cum
potestate puniendi: go si saeculares possunt Clericis
praecipere, poent illos etm punire. Rz. Ans qdem
verum esse per se, ex rae tn et privilegio poe potestate

unā ab altera separari: quod si consuetudo alicubi sit aut fuerit contraria, referenda erit in permissionē specialē Sūmi Pontificis qualē alim apud Gallos et adhuc invaluisse, defendit Petrus Rebuffus in lege armorū Versic. 1. ff. de Verb. Signaōibus.

Concl. 5. Religiosi, præsertim exempti per se et directe non tenentur ad leges Diœcesanas et Episcopales. De exemptis ac imediate Sūmo Pontifici subtis n̄ ē dubiū, cum tales non subsint ulli iurisdictioni Episcopali, ni in quibusdam casibus in iure expressis. De alijs non exemptis inde patr: hi hnt modū vivendi peculiarem à clericis sæcularibus diversū et proprijs constitutionibus onerantur, ut proinde l. ipsa æquitas dictet, eos à legibus Episcopalibus exsolutos ēē dre. Dixi, per se et directe: nam per Actus et indirecte obligantur etiam exempti ad aliquas leges l. raōe scandali, l. raōe pacti, consuetudinis præscriptæ l. receptæ l. gravis necessitatis, cui alr occurri non poit, l. denique raōe alterius legis communis Ecclesiæ in certis casibus iubentis oēs Religiosos etiam exemptos parere Epis et Ordinarijs locorū prout iubentur in Trid. Sess. 25. Cap. 12. et 13. Quoad observationē festorū promulgationē et observationē censurarū in suis

Ecclis, quoad processiones, visitaões &c. nisi l. expressa l. tacita exceptione heant.

Sectio 5.ta

Quomodo lex Impleatur?

Concto 1. Ad impletionem Legis non requiritur intentio implendi; imo sufficit intentio non implendi. Est cois et certa; quia sufficit facere id, quod praecipitur, seu non facere quod prohibetur; lex aliud non intendit eoq intento quiescit. Accedit quod intentio pt actus internus, qui per se ac directe à lege hna imperari n pt, ut supra vidimus. Ann n saepissime gtingit, ut qs reflexe non intendat satisfacere aut directe intendat non satisfacere in recitaõe horarum, auditione sacri, impletione voti, persolutione poenitiae &c. tn satisfacit: Votum nonnulli excipiunt. Sed gtra

Ob. 1. Actus non operantur ultra intentionem operantis: go qui non vult satisfacere non satisfacit. R. dist. Ans: actus non operantur ultra intentionem operantis quando e in potestate operantis satisfacere, l. non, gudo: seq, nego.

Instas: go pt aliquis satisfacere precepto per actu ex circumstaa extrinseca vitiatu v. g. ie cunare ex vana gloria. R. totu gredendo: quia lex hna solu imperat substaa actg non modu.

Ob. 2. Si non requiritz intentio implendi etm satisfaciet qui cogitz ad impletione: ss gsequens e absurdu go et Ans. R. cum dist. Si coactio tollat libertem, non satisfacere; satisfacere a. si non tollat. quia requiritz actio libera, q non datz absq voluntate.

Ob. 3. Debitor n satisfacit obligationi ducentoru florenoru si liberali donatione dat ducentos: go requiritz intentio satisfaciendi. R. neg. gsequia: quia similes obligationes proveniunt ex volte promittentis, voventis qui sicut ab initio libere debitore se gstituere potuit, ita in debito libere pt permanere; obligatio a. parendi legi oritz ex volte legislatoris, ideoq n extenditz ultra eius intentione et voltem, nempe ultra substaa operis precepti.

Concto 2. Diversae leges pount impleri

uno actu. Est etm cois et certa. Nam tripli
ci precepto ieiunandi satisfacis ieiunio uno:
uncia recitaoe horarum satisfacis, etiamsi et
raoe ordinis et raoe beneficij ad eam tenearis.
Item si incidat festum in Pnica satisfacis si
unum sacrum audias, ut quae oia patent ipsa
experia. Non tn pt uncia recitaoe unius ma
tutini et Laudum satisfieri pro duobus diebus,
nec uncia Confessione pro duobus annis, quid-
quid subtilr in gtrarium adferat nr Charamuel.
cum satis gstet aliam ee mentem Legislatoris. Hinc
etm ab Alexandro VII. Anno 1666 damna-
ta e hec sentia: Uno officio potest quis satis-
facere duplici precepto pro die presenti et
crastino. Neqz satisfacit qui alteri ex duabus ob-
ligationibus debet mille florenos, si tm det semel
mille; quia in debitis iustiae attendit aequa-
litas rei ad rem. non e a. unum mille aequale
duobus millibus. Unde etm patet aliam in his ee
mentem et intentionem obligantis, et certum in-
de est apud oes Doctores, si obligaoes sint iustiae,
non poe pluribus uncio actu satisfieri: secus si sint
obligaoes diversarum virtum et ut diximus ex men
te obligantis aliud non colligatur.

5. Legē pure poenalē à lege mixta di
stinguj: quod hoc duo membra gtineat,
quorū primo aliquid praecipitz aut vetatz,
altero poena adijcitz; ut, nemo frumen
tū evehat ex Imperio; si quis evexerit
eiq bona convisiabuntz. Vel quod nr
Charamuel ponit: ego hanc rē praecipio
sub praecepto fratj et sub poena millium
florenorū. Illa v. solij poenae menti
onē faciat, ut, qui ligna in tali silva
ceciderit, centū Imperialibq mulctabitz:
l. ut Charamuel: ego hoc praecipio subta=
li poena tporalj. Ubj licet ponatz verbū
praecipio, n tn ponitz ut membrū distin
ctū, sz tota formula unciū membrū con=
stituit. Potest tn, quod bene notandū
etm in lege mere poenalj gravr peccarj
saltē per Aans, id ē, raae l. scandalj, l.
periculi l. damni cuj se exponit transgressor

6. Tam poenam quam sententiam Iudicis esse duplicem —; nam poena alia est positiva alia privativa. Positiva est ad cuius executionem actio aliqua requiritur ut supplicium mortis mutilatio flagellatio exilium solutio mulctae &c. Privativa est ad cuius executionem nulla requiritur actio, ut est censurae inhabilitates ad officia, beneficia, amissio dominij, irritationes et annullationes actuum. Iterum privativa est alia quae impedit translationem dominij seu iuris acquirendi; alia quae privat iure seu dominio acquisito etiam coepto possideri. Cursus alia poena est latae sententiae, ad quam reus obligatur ex sola vi legis absque ulteriori iudicis sententia condemnatoria. Quae sic exprimitur: Ipso iure, ipso facto excommunicatus aut suspensus sit; eo ipso careat voce activa et passiva &c. alia sententia ferendae,

ad quam non obligatur reus ante sententiam iudicis condemnatoriam et sic exprimi solet: qui hoc l. illud fecerit, excoicetur, l. excoicabitur. Praecipimus hoc sub poena excoicationis privationis bonorum cum sententia quoque iudicis alia est condemnatoria, qua iudex reum ob crimen admissum ad certam poenam condemnat. alia declaratoria, qua iudex declarat admissum esse crimen, contra legem poenam imponentem. Ut a. hoc declaratio iudicis vim et effectum sortiatur, debet fieri iuridice, hoc est, transgressor legis debet citari, et publice declarari reus criminis contra legem admissi, ut docent Iuris periti.

7. Communem et certam sententiam esse contra Caietanum et Valentiam, quod legislator tam civilis quam Ecclesiae obligari potest ad poenam etiam positivam ab ipso reo exsequendam

antecedenter ad oem iudicis sententiam etm
declaratoriam modo poena sit modera
ta nec nimis acerba. Si n. hoc sit
nimis difficilis, qualis e v.g. mutilatio
l. supplicium mortis n pt reus obligari
ad tam per se ipsum exsequendam. Verum
hoc de pobli, de facto quid sentiendum
sit Condo 6. Nulla fere lex hna ob=
ligat ad poenam sive privativam sive posi
tivam ante sententiam iudicis saltem declara=
toriam, quantumvis lex expresse dicat poe
nam incurri de facto ipso iure, absq; no
va declaratione cu. Ita Granadus laiet.
Sotus Couvarrufias Molina Vasquez
Sanchez Parao Serez Palao lessig cum
pluribus. Prbr: Odia st restringenda
et in poenis benignior legis interpreta
tio facienda: go si cum probli fundamento

credi pt poenalē legē expectare iudicis
sentiam, ea erit exspectanda. Atq fun
damentū credendi hinc ostenditur, quia
verba illa ipso iure ipso facto reus pri
vatus esto suo beneficio cū explari possunt
ut signent sine nova sentia gdemnato=
ria reū dre privari p̄ tn excludunt
iudicis sentiam. Item si dicat lex,
aliquē ēe privatū absq nova decla
raoe, ante declaraoem l. quid simile sic
explari pt ut excludat declaraoem
poenae n a. delicti. Dixi nulla fere
lex cū ut excluderemus poenā, qua con
iuges incestuosi privantur debiti petitione,
hanc n. statim incurri nulla exspectata
iudicis sentia etm declaratoria crimi
nis cois hbt sentia apud Sanchez lib.
9. de Matrim. P. 30. num. 2. quia in hac
poena sicut in censuris, praxis et usus obtin

nuit ligari delinquentes ante oem iudi
cis sentiam. Unde

Ob. Poena privativa incurritz ante
oem iudicis sentiam ut patet in cen
suris Ecclesiis latae sentiae: go n subsistit
Concto. R. neg. Ans: Ad eius rationem di
co censuras n ideo praecise incurri ante
oem sentiam quod sint poenae privati
vae, sz quod praxis declaravit talem
ee mentem Legislatoris, sicut et ille poe
nae privativae, q ius aquirendum impe
diunt; quia leges, per quas talis poena
inducitz sunt gdionales, ita ut mens et
sensus Legislatoris sit: Si hoc feceris, n
potes obtinere hoc ius; potes a. obtine
re, si non feceris &c. go qui eiusmodi
legem violat privatz ipso facto iure a=
quirendi aliquod dominium, eo quod gdioem
ad illud aquirendum requisitam n impleve
rit. Ita Clericus qui n orat nec residet

n̄ facit fructus suos. Qui v. lege poenali ipso facto privatur iure suffragij activi et passivi cum poenā non incurrit ante omnem iudicis sententiam quidquid Vasquez, Suarez aliique reclament.

Concl. 7. Post sententiam iudicis reus ad varia tenetur. Explo: Reus ex communi Doctorum sententia tenetur

1. Poenā sustinere sine resistentia positiva, cum n. iudex post sententiam sufficienter latā habet ius exsequendi poenā, reus, in quem agit, n̄ potest hre ius resistendi.

2. Non tenetur poenas corporales acerbas in se exequi, praesertim, quae commodius à ministris iustitiae infligi possunt.

3. Ad mortem damnatus etsi non teneatur ad actiones, quae commode per ministros iustitiae fieri possunt obligatur tn̄ ad eas, quae per eosdem commode exerceri nequeunt v.g. ire ad locum, scalam ascendere etc.

4. Tenentur exequi poenas corporales, quae in se magnam acerbitatem n̄ habent v.g. ire in carcerem

in exilium et ibi manere statuto tempore, quod
Damnatum tamen ad triremes aut gravem valde
carcerem non teneri in iis manere, si commode
inde aufugere possit docet Arriaga D. 21. num.
57. Et nos iam supra tradidimus.

5°. Reus denique damnatus ad poenam pecu-
niariam tenetur solvere dum exigitur; quod si
sententia clare id exprimat, solvere tenetur
antequam exigatur; quo casu si reus moriatur
ante solutionem, heres statim solvere tenebitur
ut habet communis; nec refert quod L. de poena
ff. de poenis dicatur poena ad heredes non
transire, etenim id intelligendum l. de poena
corporali; l. de pecuniaria, quae non fuit de-
bita, vivente reo ob defectum sententiae. Di-
xi: si clare id exprimat; secus retinere eam
potest, donec petatur, in quem sensum intelligendus est
Palaus D. 2. punct. 4. num. 6. ubi ait, pra-
xin et usum communem tenere, ut poena pecuniaria
non solvatur, donec petatur.

Sectio 4. Quod sit Legis obm?

Sectio 4.ta

Quod sit Legis subiectum?

Utrum Legislator teneatur observare suas Leges?

Concl. 1. Legislator tenetur suis legibus; quoad culpam seu vim directivam. non tamen directe, neque omnibus. Pars 1. est communis tam Theologorum, quam Legistarum et Canonistarum. et probatur ex illo S. Augustini: Turpis est pars uno suo non congruens. Item illo Catonis: Patere legem quam tu ipse tulisti. Probatur pars 2.da Si n. legislator teneretur sua lege quoad poenam et vim coactivam, esset obligatus et non esset obligatus. Esset obligatus ut supponitur: non esset obligatus, quia legem a se latam tollere potest ad libitum. Confirmatur: nemo proprie se ipsum cogit: ergo Legislator non potest, non tenetur suis legibus quoad vim coactivam, sed directivam tantum. Probatur pars 3. Legislator tenetur suis legibus indirecte tantum et ratione legis naturalis dictantis legislatorem dare se cum subditis conformare, ijsque exemplo praeire: ergo non tenetur directe seu praecise vi et ratione legis proprie a se latae, sed indirecte ut dixi, idque non nisi sub veniali, si absit scandalum, damnum etc. Probatur pars 4. Legibus municipalibus subiectarum sibi provinciarum a se confirmatis

Probatur.

Probatur.

Probatur.

Princeps non tenetur, neque illis, quae continent aliquid illius dignitati repugnans, ergo non tenetur omnibus suis legibus. Sed contra

Ob. Princeps directe et coactive obligatur ad quemlibet contractum à se cum subditis initum: ergo obligatur etiam Legislator suis legibus directe et quoad vim coactivam. R. neg. consequentiam: nam contractus debet esse aequalis, et princeps privatam quasi personam induens potest se obligare subditis. Semel a. valide initus contractus sortitur vim et obligationem suam ex lege naturae, cui quivis etiam Princeps, imo et ipse Deus subiacet.

Concl. 2. Pueri ante usum rationis, perpetuo amentes, ebrij, dormientes et invincibiliter ignorantes non obligantur legibus humanis et infideles non baptizati Ecclesiasticis. Ratio horum omnium est, quia leges non feruntur nisi subditis, qui eas cognoscunt. Unde Deduces

1. Licet dare carnes comedendas etiam in quadragesima pueris et amentibus; licet etiam hos applicare operi servili diebus festis, ut non tamen ad iram incitare, ut alios verberent, occidant, blasphement, ut haec n. cum sint intrinsece obiective mala

tribuerentur agenti libero.

2. Pueros adipisci rationis usum fere circa septennium, atque inde incipere obligari per se legibus humanis; per Aliens tamen l. ratione ignorantiae, consuetudinis contrariae, l. alterius legis eos eximentis ab aliquibus esse immunes. Unde primo non obligantur ad annuam Communionem, donec iudicio Parochi seu prudentis Confessarii tantum mysterium non nihil accuratius agnoscant et apti sint ad id maiori cum fructu percipiendum. In articulo tamen mortis pueris doli et poenitentiae capacibus potest ac debere dari viaticum plures sentiunt. 2. non obligantur ad vota per professionem religiosam emissa si professio facta sit ante annum 16. aetatis completum, ut constat ex Trid. Sess. 25. c. 15. de Reform. 3. non obligantur ad ieiunia Ecclesiae ante annum aetatis 21. completum; licet obligentur ad abstinentiam a carnibus; quia sic legitima consuetudine et praxi fidelium nixa communi Doctorum suffragio, introductum est. 4. Non incurrunt censuras ob certa delicta constitutas ante annos pubertatis, decimum 4. in pueris, et 12. in puellis

gpletos, ni speciatim exprimantz, prout expri
muntz in percussione Clerici c. fin. de sent. ex-
com.

3. Si pueri ante septennium sint doli
capaces, malitia aetatem supplente teneri
quidem legibus divinis, non a. Ecclesiis; quia
Ecclesia ad varios scrupulos tollendos septen-
nium determinavit. In dubio, num post
gpletum septennium usum rationis habeant praesu-
muntz hre et esse obligati iuxta declarati
onem iuris Canonici septennium gstituentis.

Concto 3. Peregrini, hospites, viatores,
ac vagi, etiam longiusculo tpore quacunque
de causa alicubi, sed absque animo maiorem
anni partem /: duobus v. g. aut tribus mensibus :/
ibi habitandi commorantes, per se loquendo
ad nullas leges l. gsuetudines eius loci in
gsua obligantz, neque territorii sui; ni tu-
les sint, ut transgressores, physice absen-
tes, censeantz moraliter peccare intra territori-
um Legislatoris. Probl pars 1. ex grati funda-
mento B. Thomae q. 96. art. 5. quia nulla lex

obligat ni subditos et membra eius comitis,
in qua versantur: atq. praedicti peregrini mo-
rali n. censentur subditi iurisdictionis alte-
rius loci ut absolute dici possint membra
illius comitis, eiusq. forum sortiri, ut gstat ex
L. absens §. Proinde. ff. de Iudicijs. quod
confirmatur ex cap. fin. de foro gpetenti ubi
ponuntur 4. modi quibus aliquis forum sor-
tiatur, nimirum domicilium, gtractus, delictum,
et res de qua agitur: sed temporanea solum
commoratio nil horum est: quod cum. Dixi: per se
loquendo. quia per accns, ratione gtemptus, per
turbationis publicae aut scandali semper vitan-
di tenentur etiam peregrini ad locales leges; val
de quippe scandalosum foret si peregrini in
festis localibus laborarent, in ieiunijs car
nes comederent publice cum cui exemptioni
recte additur ex cap. uel. de foro gpetenti fra
in gtractibus servanda; in his n. tenentur pere-
grini servare solennitates in eo loco praescriptas
l. usitatas, praeter gtractum datis, qui iuxta L.
exigere. ff. de Iudicijs. debet celebrari se-

cundum statutum loci, in quo in quo vir domi
cilium habet. Sed contra primam hanc Conclusionis par
tem Ob. 1. Usum et consuetudinem piorum fidelium.
et illud: si fueris Romae Romano vivito more.
item illud S. Ambrosij: ad quamcunque Ecclesiam
veneris, eius morem serva: ergo etc. R. usum
et consuetudinem vulgi ignorantiae innixam non ha
bere ullam vim. Cetera v. illigi possunt quoad decen
tiam, non necessitem conformandi se moribus regio-
num: aut certe de legibus quarum violatio scanda
lum aut perturbatio pareret.

Ob. 2. Peregrini soluti sunt à legibus suae pa
triae: ergo ligantur legibus loci in quo existunt,
alias essent prorsus ex leges. R. neg. consequentiam.
Tenentur n. quod bene notandum legibus communibus; imo
si domi suae consuetudine derogatum sit alicui
praecepto communis iuris et alio venias, ubi illud
adhuc viget, eodem obligaberis. cum lex communis iu-
ris sit universalis, et obliget omnes sine ordine ad lo-
cum. ut bene Laymannus c. 12. de Leg. n. 3.

Ob. 3. Leges locales spectant immediate ipsum
locum et inde transeunt in personas ibi existentes:

gō etiam peregrinos afficiunt eo ipso, quod in eo loco existant. R. neg. consequentiam: leges locales transeunt solum in subiectos Iurisdictioni loci, quales non sunt peregrini. deinde leges, de quibus hic sermo est non sunt praecise locales, sed principaliter respiciunt personas subditorum licet extra locum non obligent.

Inferes: Ergo vagi neque ob debita obligari poterunt. R. neg. illatum: quia consuetudo recepit ut quicunque delinquentes sive incolae sive Accolae, sive Advenae reprehendantur, ne scelera maneant impunita.

Probatur pars Conclusionis 2. Primo testimonio Bonifacij VIII Summi Pontif. qui ait Epum, qui fert excommunicationem non ligari subditum extra territorium existentem, redditque rationem ultimam: quia impune non paretur ei, qui extra territorium causam dicit. 2. Ratione: potestas legislativa alicuius regni, Provinciae aut loci particularis ex natura sua ordinatur ad bonum commune illius loci per leges procurandum: ergo non extra territorium; cum nihil faciat ad bonum commune germaniae, quidquid aliquis germanus agat in Italia; ergo non tenetur legibus germaniae. Quod tamen illigendum

de praeceptis et legibus mere localibus, quae tantum loco non personis affixae sunt. non de personalibus, quae dicuntur ossibus personarum inhaerere. Unde deduces

1. Sequentia: Religiosus extra Monasterium et quocunque in territorio constitutus tenetur legibus sui Ordinis.

2. Qui studio evitandi obligationem legis suo teritorio exit liber est, ut sequitur liber est ab obligatione. Ratio est; quia qui utitur iure suo nemini facit iniuriam, nec censetur dolum committere: atque quilibet habet Ius eundi extra territorium aut in territorio in locum exemptum, qui etiam habetur pro externo; legislator n. non iubet Subditos manere domi, sed domi manentes iubet celebrare festum, ieiunare etc.

3. Volens exire de territorio proprio in quo est festum adhuc ante meridiem venturus in locum ubi non est festum, tenetur ante discessum audire Sacrum, si tantum unum legatur ante discessum suum, neque aliud eo die in alieno territorio audire potest. Ratio est, quia in his circumstantiis sic est aritatus, ut neque ratione alieni territorij neque aliunde excusari potest ab impletione legis. Si v. plura sint sacra, l. etiam tantum unum, et ille venturus sit in aliud territorium, antequam missa ultima

auctoritatis explicatio non praeponderat interpretationi secundum communia Iuris et Theologiae principia factae. Quod si tamen Legislator eiusmodi declarationem doctrinalem, ut nonnunquam fit, velut falsam et improbabilem damnaret, certum est eius sententiae tunc standum esse. Interpretatio gratia legem, seu legis verba nihil aliud est, quam Epikia l. aequitas, quae definiri solet: est virtus, quae mentem Legislatoris potius quam verba legis attendens prudenter iudicat legem in hoc l. illo particulari casu non obligare. Sive strictius: est exceptio a Lege in casu, quem si Legislator praevidisset ipse excepisset. Et actus quidem Epikiae tunc censetur esse licitus 1. Si alias lex in his circumstantiis esset praeaminosa. 2. Si lex hic et nunc sit nimis difficilis et moraliter impossibilis. 3. Si prudenter iudicari possit legislatorem voluisse talem l. talem casum particularem a communi lege exceptum. nec legislator comode convenire possit, tum quis etiam quis propria auctoritate uti poterit Epikia.

Concl. 5. Lex cessat per dispensationem. Probatur: quando lex humana non amplius obligat tunc cessat: sed facta dispensatione lex non amplius ob-

legat gō cū. Est a. dispensatio actus Jurisdictionis, quo unus l. alter eximitur à Legis obligatione. Et differt

1. A Derogatione et abrogatione, quod hæc tollat legem universam; illa v. partem legis et quidem utraque in perpetuum. Dispensatio vero sæpe tm datur ad unam personam, ad unum actum ad certum et breve tempus.

2. Ab Interpretatione, quod hæc fiat circa casum in lege claris verbis non comprehensum. Dispensatio v. fit circa casum in lege gentum.

3. Ab Epikia, quod hac quis uti potest auctoritate propria. Dispensatio v. debet fieri à Superiore.

4. Ab Absolutione, quod culpa et poena non sint lex. Dispensatio vero versatur circa legem, quam relaxat. Apte quod absolutio debeatur rite dispositis: Dispensatio nulli debetur, cum sit gratia.

5. Differt à licentia simplici, quod hæc peti et dari soleat non ut actus fiat gtra legem, sed ut fiat eo modo, quo lex iubet.

6. A privilegio, quod hoc saepe gtra nullū Jus aut legē militet. In dispensatione vero datz facultas faciendi aliquid gtra Jus l. legē. Hic tn observes velim, quod in lege naturae nemo poit dispensare, ni Deus. idq3 tunc solum si nulla inde imperfectio in eū refundatz. Sic Summus Pontifex non pt dispensare in lege divina. tum quia inferior non pt dispensare in lege superioris. tum quia non legitz, quod ullus unq. Pontifex in lege divina dispensaverit: go signū e id fieri non poe nec debere. Sed gtra

Ob. Pontifex interdū dispensat in voto, iuramento matrimoniorato non gsumato, quae tn st Juris divini: go ut R. et dico 1. haec et similia ee mixti Juris non pure divini: st quidē divini iuris quia omne promissū cadit in debitū et inde qui Deo aliquid fovit iuravit ut tenetz illud observare. quia Deus hbt ius ad illud exigendum. Sunt v. etm humani: quia Deus comisit Superioribus hanc potestē, ut adverterent, an sui subditi roabilr

foverent, iurarent, contractus inirent. quae potestas nisi à Deo superioribus data fuisset, quis non videt quanta incomoda sequerentur. Dico 2. Radicem Iuris divini in dictis casibus aliud non esse, nisi liberum hominum voluntatem. qui v. radicem hanc sustulerit, tollet etiam Ius divinum. Dico 3. Dispensationem, quam facit summus Pontifex in voto, ac dispensationem propriè dictam; tum quia communiter auctores et ipsi summi Pontifices in Bullis ita loquuntur; tum, quia Deus per votum acquirit verum ius, quo voventem obligat, ad praestandum id, quod promisit. Oritur a. eiusmodi Ius divinum ab alio iure praevio, nimirum humano; ita ut ius divinum sit tantum conditionatum, id est si humana potestas votum, iuramentum, contractum approbaverit. Nimi Dico 4. etiam votum, iuramentum, matrimonium non consummatum involvere tacitam conditionem hunc aut similem in modum: ego voveo et volo stare in meo voto nisi legitime fuero liberatus ab eo per potestatem divinam aut humanam. Ra-

tio est; quia nemo censetur onus aliquod suscipere
cum perpetua et indispensabili obligatione
nisi hanc ipsam obligationem claris verbis exprimat. Imo etiamsi exprimat adhuc videtur
involvi tacita eiusmodi conditio v.g. ego, quantum est in me hoc me voto indispensabiliter obstringo, nisi forte Deus aut Dei Vicarius aliud
decernat. Et sic non obstante tali voto,
potest summus Pontifex in urgente casu necessitatis dispensare, ut factum est in Casimiro Poloniae Regis Filio, cum quo etiam reluctante
(: is Deo se consecraverat in ordine S. P. Benedicti in quo et nomen Caroli acceperat
et iam ad Diaconatus ordinem promotus erat)
summus Pontifex dispensavit et facultatem
dedit ut ab ordine dimissus Rex Poloniae
crearetur quam etiam feliciter rexit, et uxorem
duceret, teste Justo Lipsio in monitis et exemplis Politicis lib. 2. c. 3. Exemplo 9. Ex quibus
Colliges 1. Quod summus Pontifex non potest dispensare in lege pure divina v.g. ne quis credat
omnes articulos fidei, ne utatur Sacramentis ad salutem

necrijs.

2. Quod in lege humana potest Legislator, eius successor aut Superior dispensare; pt n. imo interdum debet totam suam legem abrogare: go potest etm in ea dispensare, cum hoc minus sit quam illud. unde Summus Pontifex pt dispensare in qualibet lege Ecclesiae Epus in Synodali; Princeps in civili à se l. suis Antecessoribus lata. 3. Ut prudenter iudices dispensationem esse factam requiritur consensus expressus l. scripto l. voce l. nutu datus. Probbr tn sufficit tacitus l. interpretativus; maxe si inferior iudicet principem ob amicitiam quam secum habet non esse invitum quoad tacitam et praesumptam eiusmodi dispensationem. 4. Inferior ordinarie non pt dispensare in lege Superioris; quia dispensatio est actus iurisdictionis qui n exercetur in Superiorem. Dixi ordinarie, pt n. per Auns in sequentibus casibus 1. Si habeat privilegium aut potestatem à Superiore. Sic Epi et Praelati Religiosorum in multis legibus Ecclesiae dispensare possunt v.g. in horis Canonicis, ieiunio tm Epus in irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus, excepto ho-

micidio voluntario et casibus deductis ad forum contentiosum. Et etiam absolvere subditos sibi à quibuscunque casibus occultis, etiam sedi Apostolicae reservatis; et dispensare in votis et Juramentis, quod etiam possunt alij praelati iurisdictione quasi Episcopalem in foro externo habentes exceptis his quinque votis:

1. De intranda Religione 2. de perpetua Castitate. 3. De visitandis limitibus Apostolorum Petri et Pauli. 4. de peregrinatione B. Jacobi Compostellae 5. De peregrinatione in terram sanctam. In his nec Episcopi nec alij Praelati Ecclesiae summo Pontifice inferiores dispensare possunt. vide Hon. à n. 313. ubi plures casus recenset in quibus Episcopus potest dispensare, quos omittimus utpote raro contingentes. In quibus a. casibus possunt Praelati regulares dispensare cum suis Religiosis docet Virginius Alviset et alij privilegiorum regularium collectores. Volunt quidem nonnulli sufficere ad dispensationem ab inferiore faciendam si illi non sit interdicta et prohibita. Oppositum tamen est verius et communius, requiriturque concessio.

2. Si res sit levis et parvi momenti;

non grav̄r obliget, videt̄ etiam inferioribus Prelatis dare facultem dispensandi in tali casu. Preterea nimis fastidiosum esset tam ipsi Legislatori quam inferioribus prelatis si in casibus leviusculis semper ad ipsum recurrendum esset. Exemplum adducit Nonol. 312. de laborantibus parvo et modico defectu corporis, cum quibus Episcopum dispensare poss. tradunt.

3. Si mat̄a sit valde frequens, quae dispensatione opus habeant, ut est in observatione festorum, ieiuniorum etc.

4. Si urgeat necessitas, nec facilis sit recursus ad superiorem, ratione itinerum, periculorum, expensarum etc. Sic Epus dispensare pt. in impedimento matrimonij dirimente, quando matrimonium est publicum et impedimentum occultum, nec separatio sine scandalo fieri potest.

5. Si vigeat consuetudo legitime praescripta, dispensandi in aliquo casu. Sic Epi saepe in multis praeceptis certibus cum suis diocesanis, Abbates cum suis Religiosis, Parochi in festis et ieiunijs dispensant. Speciatim advertimus per hos annos dispensatum fuisse ab Epis in ieiunio quadragesimali quoad esum carnis, idque ob

milites in nris partibus hibernantes.

6. Si dubium sit, sive positivum sive negativum an res indigeat dispensatione; tunc n. praesumptio stat pro libertate, nec opus est, ut recurratur ad superiorem, sicut recte docet Castropalaus puncto 5. n. 10. Honold. n. 312.

7. Si prudentis viri iudicio censeatur ad esse sufficiens causa, et praesumpta facultas dispensandi in aliqua materia particulari. Sed dubitas utrum superior possit secum ipse dispensare l. in lege à se lata, l. à suo superiore?

R: in legibus à se latis non potest proprie ac directe secum dispensare; quia per se ac directe suis legibus non obligatur; potest tamen indirecte, quatenus est pars, et quidem praecipua coitus, cum qua dispensat. In legibus v. à superiore latis potest inferior Praelatus secum dispensare in illis casibus, in quibus potest dispensare cum aliis subditis, nisi expresse prohibeatur, l. ni poenam aliquam per speciale sententiam iudicis incurrisset. Cum peregrinis v. potest dispensare superior loci in quo versantur, in lege communi, quando id expetit; non tamen in votis et iura-

mentis nī in casibus supra allatis habeat taci
tā et præsumptam licentiā à Superiore pro-
prij territorij. Atq; ita à Congregatione Car-
dinaliū declaratū ēē testatur Honoldus n.
316. Requiritur a. semper ad dispensandū, cau-
sa raoblis et iusta; alias quilibet dispensa
tionē expeteret parvi aut nihili pendens, si
ve haberet caā sive non; et sic aperiretur ianu-
a ad innumeras legis transgressiones, ad rix-
as et dissidia, ad dissolvendū oēm disciplinæ
Christianæ nervū. Caā raoblis et iusta
illa censetur, quā prudens superior talē iu-
dicat spectando qualitatem personæ, necessitatem,
utilitatem, pietatem, tanq; generalia veræ ac
legitimæ caā principia. Continetur porro sub
pietate etiam titulus gratitudinis, raōe cuius
pt uni l. alteri personæ bene meritæ lex
aliqua relaxari. Si legislator si de iusta
caā dispenset peccat l. mortlr l. veniatr l.
oīo non, pro gravitate levitate l. nullitate
scandali, dissidij inter subditos, aliorumq;
malorū q; ex dispensatione illa nascuntur l. n
nascuntur. Sed quid, si fiat dispensatio bona

fide, aut superior putet iustam subesse causam, quae tamen non subest. Valet dispensatio, et suo ditus erit tutus, etsi postea cognoscat causam non fuisse sufficientem. Similiter valet dispensatio quam inferior praelatus facit in lege superioris si bona fide procedat, etsi sufficiens ac legitima causa reipsa non adsit. Ratio est: quia sic de benignitate Legislatorum prudenter praesumi potest, ut advertunt San-Gall. Tit. 4. q. 3. Concl. 5. Contra Castropal. Ut a. dispensatio legitime impetretur, superior fideliter debet informari, quod fit, si nec verum taceatur nec falsum narretur de quo fuse Honold. c. vel. §. 2. 3. et 4. Ubi de rescriptis eorumque nullitate. Item nr P. Engell in Collegio Iurisconsulti p. 1. in Prolegom. tit. 3. Hinc etiam dispensatio redditur invalida et nulla quando petens dispensationem reticet aliquid ad rem pertinens, quo cognito superior non dispensasset. 2. Quando exprimit causam falsam, quae effunicia, l. certe principalis, ita ut, licet alia

causæ adsint, tn propter eas superior n̄ dispensasset. 3. Quando notatz exprimitz ex verbis dispensis Legislatori non fuisse dispensaturū si cognovisset causam, uti revera est et ob ignorantiā alicuius, quod exprimi debebat, dispensavit. Potest tn, et expedit, ut qui dispensat legē et obligationē, in qua dispensat in aliud opus commutet. Et sic hbt praxis confessariorū, ut in Jubilæis vota commutent in alia opera pietis. Sic etm epi dantes facultem non ieiunandi in quadragesima, provide iubent et monent ut hæc relaxatio alijs pijs ac spualibus exercitijs compensetur.

Dispensatio v. cessat et vim suam amittit his fere modis:

1. Revocatione gcedentis, q̄ tn fieri dbt ex iusta et rabli causa.

2. Ipsius dispensati renunciaōe: quilibet n. pt suo favori renuntiare n̄ hoc cedat in præiudicium alicuius.

3. Expiraōe tpis, ad quod dispensatio restricta fuerit. Sic dispensatio, quæ datz ad n̄ ieiunandū in quadragesima cessat ea finita. Quodsi v. dispensaō sit absoluta et nullis restrictionibus

limitata, censetur durare, donec revocetur.

4. Cessante causa finali propter quam dispensatio facta est, etsi nonnulli probabiliter contrarium doceant, eo quod lex semel extincta non reviviscat sine voluntate Legislatoris. Unde deducit Busembaum, quod is, cum quo dispensatum est propter morbum in esu carnium post adhuc vesci licet omnino convalescat. Item, quod is, cum quo propter oculorum infirmitatem dispensatum fuit in onere recitandi horas, etsi convaluerit non teneatur eas recitare. Sed oppositum est verius; quia videtur esse mens legislatoris, ut lex sublatis omnibus causis dispensationis iterum reviviscat.

Concl. 6. Lex cessat per privilegium diversis modis. Explo: privilegium est specialis gratia, qua datur facultas agendi contra l. praeter legem. Distinguitur a dispensatione quia haec potest dari ad unum actum, non item illud: haec requirit causam rationabilem, illud v. datur ex gratia, nec semper requirit causam. Distinguitur etiam privilegium a beneficio Principis quod illud semper concedatur ad plures actus; hoc v. dari potest ad

unum tm actum. Unde oe privilegium est beneficium, n a. vicissim. Divisiones porro privilegiorum sunt variae:

1.mo in reale Personale et mixtum. Reale est quod immediate tribuitur, affigitur, et inhaeret rei, loco, gdioi, digniti, officio, separabili à persona ad cuius usum datur. v.g. si fundo Petri detur privilegium exemptionis à decimis. tunc n. ad quemcunque pervenerit fundi dominium, gaudebit fundi exemptione, etm defuncto Petro. Personale est, quod immediate inhaeret personae individuae partiari et determinatae, et cum ea extinguitur, ut si Petro datur privilegium absolvendi à reservatis, hinc privilegia, quae tribuuntur digniti Epali, Clerica tui, Doctoratui, universiti, religioni, monrio, l. alteri coiti sunt realia, non personalia; quia licet hae gstent personis, censentur tn perfectione Juris instar alicuius rei perpetuo durabilis. nam Episcopatus Clericatus Doctoratus religio, aliaque officia seu coitus, licet personae partes moriantur semper tn recipiunt alios atque alios successores, qui et officia teneant, et coitus gservent.

Mixtum est, quod immediate tribuitur et rei et personae; ut, si erigatur altare privilegiatum in Cula pro solis Sacellanis illius.

2. In privilegium quod est insertum corpori iuris; et quod non est insertum l. extra vagans. Inter quae hoc discrimen intercedit, quod privilegia non inserta corpori iuris retineant naturam communem privilegiorum: inserta v., l. quae insertis aequiparantur, evadant pars iuris communis, adeoque desinant illi praeiudicare. Deinde privilegia extra corpus iuris plerumque sunt temporalia, et strictae interpretationis, nec extenduntur ultra personas quibus gressa sunt. corpore iuris v. inserta ordinarie sunt perpetua et recipiunt interpretationem, aliquando ex parte rationis extensionem, sicut ipsae leges communes; et sic a privilegio uni causae piae l. favorabili concesso, recte deducitur argumentum ad aliam similem causam, ut ex communi tradit Engel. in Colleg. Iuris C. p. 1. tit. 4. §. 1. et alij.

3. In privilegium contra Ius et praeter l. ultra ius. Prius legi repugnat, ut privilegium

vescendi carnibus in quadragesima: et hoc est odiosum, adeoque strictae interpretationis, nisi detur in favorem causae publicae, piae aut religiosae. Posterius legi non repugnat, tamen aliquid gradit quod alias ei non competit. ut privilegium audiendi confessiones dispensandi etc. et hoc privilegium est favorabile, adeoque latae et amplae interpretationis.

4. In gratiosum et remuneratorium. hoc est quod dat in compensatione meritorum. Illud quod gratis, et sine respectu ad merita confertur.

5. In purum et conventionale l. onerosum. hoc est quod interveniente pacto et obligatione certi sumptus aut laboris a privilegiato praestandi conceditur. Illud, quod absolute datur sine reciproca obligatione privilegiati; ut facultas legendi libros prohibitos etc.

6. In commune et singulare. Commune est, quod immediate datur coitu cuiusque utilitatem respicit. ut, privilegium Canonis et Fori, quo ius personis Ecclesiae datur, ne trahi possint ad iudices saeculares, nec a quoquam violenter invadi.

Singulare est, quod immediate respicit personas privatas, earumque utilitatem; etsi ullo etiam in bonum commune redundet, eo quod cœtui expediat, nonnullis singularia privilegia concedi v.g. Religiosis, Doctoribus, ut alij tanto magis excitentur ad virtutem, laborem, honestasque actiones, quibus via sternitur ad acquisitionem privilegiorum.

7. In perpetuum et temporale. Perpetuum est, quod absque temporis determinatione datur alicui Ecclesiæ, Ordini l. rei cuiuscumque, quæ ex se perpetuo durare potest. Temporale est, quod datur tantum ad certum tempus.

8. In privilegium quod creditur motu proprio, et quod creditur ad instantiam partis. Prius est, quod nemine petente creditur. Posterius, quod datur ad preces factas.

9. In primarium et secundarium. Primarium est, quod alicui l. pluribus primo creditur, l. certe absque mentione concessionis prius alteri factæ. Secundarium, quod ad similitudinem alterius privilegij alij iam dati creditur. Quod idcirco vocatur conuiuo, l. ad instar: prout

prout sæpe religionibus Academijs, sodalitatibus dantur privilegia aliarum religionum, Academiarum &c.

Potest a. privilegia gradere quivis legitimus superior, qui pt legem ferre et auferre. Privilegium tn gtra Jus non pt gradi nisi subditis; privilegium v. præter l. ultra Jus cone gradi pt etm non subditis. v.g. pt rex alteri regi à se independenti dare privilegium, ut in suo regno militem gscribat. Nec requiritur caa ad valorem privilegij, sed sufficit voluntas gradentis; qd tn nisi sit iusta et rationabilis illicita ee pt, quia censetur ee actus prodigalitatis, et occasio querelarum, scandalorum, et noxiæ libertatis.

Sex mis aquirunt Privilegia:

1. Per directam gressionem; qndo superior alicui gradit privilegium, quod adhuc nemini concessum est, l. si gressum e, illius mentionem non facit.

2. Per cocaoe; qndo hoc quod uni gressum est etm alteri graditur. Debet a. cocao fieri n

ab eo, cui privilegium 1.mo gressum est, sed ab eo, qui concessit; quia concessio est nova et iterata concessio, seu concessionis extensio ad nova subiecta, quae sicut in suo origine, sic et in extensione pendet à volte gredentis. Concedunt a. per concessionem omnia privilegia, etiam acquisita per praescriptionem l. errorem, quibus alter gaudet; quia mens Legislatoris est, non ea tantum privilegia per concessionem ad alios transfundi, quae l. ipse, l. eius Antecessores directe gesserunt, sed etiam illa, quae de iure ab aliquo obtinent, cum Princeps non censeatur facere gratia Jus: obtinent a. de iure non tantum privilegia directe à superiore gressa sed etiam ea, quae per legitimam consuetudinem praescribunt, ut sequitur.

3. Per consuetudinem aut praescriptionem, quando quis habet eas conditiones quae ad legitimam praescriptionem a Jure requiruntur, sunt a. potissimum sequentes.

1. Ut id, quod praescribitur sit sua natura tale, quod alias potuisset gredi.

2. Ut praescriptio fiat secundum formam conces-

sibilem, hoc est, ut qui aliquod Jus praescribit
illo utatur sub ea forma, sub qua alias ga-
di solet. Adini, qui v. g. praescribit usum be-
nedicendi ornamenta Cultae, debet benedicere
non ad placitum, sed secundum formam in Pontifi-
cali expressam.

3. Ut praescriptio fiat a persona secun-
dum se capaci illius Juris et privilegij quod
praescribit.

4. Ut praescribens praescriptionis suae titu-
lum habeat, seu verum, seu saltem coloratum
aut certe loco tituli possessionem, seu usum
a tempore in memoriali, siquidem praescriptio
sit gtra ius comune; secus si praeter l. ultra.
Censetur a. sufficiens titulus, quando communis opinio,
fama, l. etiam vir praedens et gravis testa-
tur de hac privilegium etsi nullum instrumen-
tum possit ostendere, eo quod illud teste fama,
l. viro gravi tempore belli l. incendio perier-
it. Potest etiam causari titulus seu bona fides
ex privilegio dubio, et iura certa possunt a-
quiri per privilegium incertum, ut ex varijs Pon-

toribus fusius deducit Virginius sect. 1. c. 3. §. 2.

5. Ut certum et à Jure praerequisitum tempus effluxerit, et ut privilegiatus toto illo tempore usus sit suo privilegio absque ulla contradictione. Ubi notandum, contra ordinem nostrum praescribi non posse, nisi spatio 60. annorum ob speciale privilegium Eugenij IV. concessum Ordini nostro Benedictino, de quo Rodriguez q. reg. Tom. 1. q. 8. art. 3. Imo Joannes de la Cruz apud Pianam p. 30. tract. 2. resol. 88. refert quandam Bullam, per quam conceditur Benedictinis, ne contra eos nisi per 100. annos praescribantur privilegia per non usum.

4. Per extensionem: quando id quod uni concessum est, ob paritatem, vel maioritatem rationis extenditur etiam ad alios casus vel personas, quae in privilegio non comprehenduntur saltem claris verbis. Et haec extensio habet locum, quando privilegia dantur in favorem causae piae aut religiosae; et contingit ex tribus capitibus: 1.mo per dispensationem Juris, quando nimirum Jus

praecipit aut concedit; qua ratione extenduntur privilegia mariti ad uxorem Lege prima et Leg. feminae FF. de Senatu. 2. propter materiae personae, seu causae connexionem, quod tunc contingit, quando persona l. oio non poet, l. n commode uti suo iure et privilegio, ni hoc extenderetur ad alias aliquas personas, quibus tn non fuit gressum. Sic privilegium gressum Princip. ingrediendi monrium monialium extenditur ad eiusdem famulos et comites; quia non decet Principem solum incedere. 3. Propter vocis signatem, quando ea, quae sunt concessa certis casis aut personis speciali noie expressis, per quandam Analogiam extenduntur ad alias casas et personas quae sub illo speciali noie comprehenduntur l. ex vi et significatione ipsius vocis l. ex coi mos loquendi, l. etiam ex dispensatione Iuris. Sic privilegia maritatarum extenduntur ad Virgines et in Pomimonubentes, quia noie matrimonij aequo iure illigi potest matrimonium spuale ac carnale. Sic

Privilegia religiosorum extendunt ad moniales eiusdem ordinis, quia coīs usq obtinuit ut noē religiosorum etiam moniales veniant. Sic privilegia militum extendunt ad clericos et religiosos, quia hi sunt milites Chri.

5. Per relationē, quando Ius, quod quis gtra nos allegat, nobis simul vendicamus et gtra illum vicaria relatione retorquemus. Sic si actor producit instrumenta minus audentia et hoc admittunt; pt reus ysdem uti gtra ipsum, et similia producere, quae proinde etiam erunt admittenda secundum Baldum Lege Si quis testibus Codice de Test. apud Virginem S. 1. c. 3. §. 6. n. 6.

6. Per errorē; quando superior gradit aliquod ius, cuius gradendi nullam habet potestatem propter impedimentum occultum, quo laborat. l., quando privilegiarius iure aliquo seu privilegio utitur putans illud sibi competere, cum tn n competat. Si quis n. privilegio per eiusdem errorē inducto utatur per legitimum tpus, facit illud sui iuris per viam praescriptionis; est n. recepta

regula Juris, quod error inducit Jus et tribuit Jurisdictionem. Ratio est, quia Superior praeter voluntatem et consensum actualem quo potest ac solet aliquid gaudere habet etiam voluntatem generalem, l. ut alij vocant Legalem, vi cuius censetur l. dispensare cum eo qui sic per errorem operatur, l. omnes defectus supplere qui in agendo interveniunt, l. denique cum ipso in agendo quasi concurrere ad vallitandos omnes actus, qui vigore privilegij, per errorem introducti exercentur. Et hanc voluntatem generalem licet unus l. alter Doctor impugnet, ceteri tamen communiter omnes admittunt, ut Glossa, Suarez, Castrius, De Lugo, Palludanus Henriquez, Panormitanus, Naldus, quos refert et sequitur Virgineus Sect. 1. c. 3. §. 3. n. 5. Quibus addi potest Honold. num. 145. Arriaga P. 24. n. 65. qui recte ait, hunc esse communem sensum Doctorum et vulgi. Ratio est; quia cum homines infinitis modis possint decipi, seu in concianda seu in exercenda Jurisdictione, necessarium erat, ut ad tollendos scrupulos et perplexitates innumeras tribueretur Legislatoribus eiusmodi voluntas Gene-

ralis, vi cuius ea, quae per errorem legitime praescriptum fiunt, valida et rata haerent. Hinc si Religiosus (inquit Virgineus loco. cit. n. 6.) aliqua ratione probabili motus, putat suo ordini datum esse aliquod privilegium, valida sunt omnia, quae virtute illius agit, quamvis interim deceptus esset, et in veritate nunquam fuerit illud privilegium concessum l. sit revocatum. Ut a. talis error tribuat Jus aliquod privilegium et Jurisdictionem debet esse communis, id est, ita vulgaris, ut non sciatur à maiori parte communis; debet etiam versari circa rem, quae à Legislatore hanc gradi possit; debet quoque adesse titulus aliquis, qui rem faciat probabilem, ut est fama communis opinio, sensus unius alterius ve viri gravis et sapientis. Unde Parochus, qui communiter putatur habere Jurisdictionem, valide absolvit; quia Jurisdictio potest à Pontifice gradi, sicut et revera in tali casu conceditur, sicque defectus, qui ceteroquin sacramentum faceret nullum, suppletur. Contra v. si quis qui vere sacerdos non est, gsecret nil facit, quia Ecclesia hunc defectum supplere non potest, cum sit circa Jus divinum, non humanum. Religiosus v., videt in ordine suo usurpari privilegium, quod ipse

sit per errorem irrepsisse, pt illud usurpare, licet nonnulli oppositum teneant et in praxin deducere. Sicut n. iudex, qui scit reum esse innocentem, pt imo debet ipsum in foro exteriore gdemnare, si illa scia sit tm privata, et ceteroquin actores ius suum gtra reum legitime deduxerint. Idqz locum hbt tam in errore Juris quam facti. licet etm postea error et deceptio detegatur, nulla tn opus erit iteraoe aut confirmaoe gestorum, ut Virgineus cit. §. 3.

Confirmaõ seu inovaõ privilegiorum e iterata gressio privilegiorum iam ante concessorum. Et est duplex: alia q. fit in fra coi, qndo superior de privilegio n ni confusa cognitionem hns simplr confirmat illud in eo statu quo antea erat, nil addendo nil detrahendo; et hoc mo non accipiunt plus roboris quam prius huerunt, quamvis maior securitas accedat, ne tam facile revocari point. Privilegia tn abolita et revocata vi talis confirmaois non reviviscunt. Alia q. fit in fra speciali, quam alij vocant gfirmaõe ex certa scia, et dr illa, q. fit cum perfecta et plenissa notia totius privilegij et oium eius

circumstantiarum. quod quidem duplici modo fieri
pt; nempe l. in actu signato quando princeps hoc a. similia verba ex certa scientia
de plenitudine potestis, non obstante qualibet
lege gtraria. In Confirmaoe ponit. Vel in actu
exercito, quando scil. in Confirmaoe inseritz l. tenor
totus l. saltem substia rei confirmatae. Atqz hoc
confirmao vim habet novae gressionis, et privile-
gia etm revocata aut alia amissa reparat. Quod
diligenter notandum ad multas difficultates circa
privilegia occurrentes eo gvenientius resolvendas:
ac speciatim locum hre pt in privilegijs nri Monrij
quae plures Archiduces et Imperatores /: quos
inter est modernus Invictissus Imperator nr.
Leopoldus I. / confirmavere, insertis omnibus
et singulis verbis, adeoqz toto tenore privile-
gij primitus gressi. Quod si tn in gfirmaoe ad-
deretz limitao seu clausula: qualenus in usu
st; tunc nullum privilegium iam amissum repara-
tz ut per se patet.

Interpretaoe privilegiorum eorumqz usu quod
attinet, observandae st Regulae sequentes:
1. Privilegium, quod nil derogat iuri coi,
nec laedit nec cedit in praeiudicium tertij e am-
plissime interpretandum, quantum pt in favorem utentis.

2. Quod v. est gtra Jus coue ordinarie e stricte interpretandum. Excipiuntur tn ab hac regula privilegia q dantur in favorem religionis l. caae piae qualia st Religiosorum, Studiosorum, militum, siquidem caae piae noe illigitur ea, quae specialimodo ad bonum coue reipubl. gdeuit. Ratio est, quia favor his personis gressus alliuit plures, ad huiusmodi arduas functiones et sic gpensatur vulnerao Juris coii, q fit per privilegij extensione. Excipiuntur etm privilegia corpori Juris inserta l. q his aequiparantur. Haec n. cu ipsa sint pars Juris, n censentur amplius Juri coi praeiudicare, ad eoqs st ample interpretandae. Excipitur privilegium quod Princeps gedit ex motu proprio l. ex certa scia.

3. Quod praeiudicat tertio e semper stricte interpretandum, quia Princeps censetur neminem velle gravare, nisi illud spaciatim exprimat.

Privilegia amittuntur et expirant

1. Interitu personae, cui privilegium gressum est, aut rei privilegiatae. Quod si tn Cula aut Monrum bello l. inundaoe pereat ac postea instauretur, tunc revivescunt etm illius privilegia, si q prius huerat.

2. Revocaõe Superioris. Quod si revocet sine caa, valida quidem erit revocaõ, ss peccabit saltem venialr: si v. revocet privilegiũ ex pacto oneroso gressu, revocatio non erit tm illicita ss etm invalida et nulla, teste Salas, Suarez et alijs.

3. Morte gcedentis l. naali l. civili, q̃ fit per amissionẽ l. abdicationẽ officij; si privilegiũ gressũ sit cũ hac gdiõe, quoad vixero. Alias per mortẽ gcedentis n̄ extinguitur.

4. Cessat privilegiũ cessante caa adaequata caa finali propter quã privilegiũ est gressũ. Secus si tm cesset raõ l. caa inadaequata.

5. Cessat privilegiũ per renunciaõem voltariã, eamq; à superiore acceptatã. quia quilibet pt iuri et favori suo renuntiare. ni talis renunciõ cederet in praeiudicium Eclae, Ordinis l. alterius coitis.

6. Tollunt privilegia odiosa n̄ a favorabilia per renunciaõem impropriã seu non usũ, seu actus gtrarios. Sed ut hoc fiat requirunt plures gdiões: 1. Ut pars gravata gtra privilegiũ elapso sufficienti tpore praescrip

serit inter præsentes 10. inter absentes v. 20. an
nis ut hbt Suarez Laymann et alij. 2. Ut pri
vilegiatus huerit sicam sui privilegij occasio-
nemq; eo utendi, et tn sponte uti nolu-
erit. 3. Ut non usq aut usq gtrariq fiat ab
illo qui pt privilegio proprie et explicite
renuntiare. Quæ gdives oes rarisse conve-
niunt.

7. Amittitz privilegiu per abusu l. aliquod
grave crimen privilegiati. Sed in hoc casu
non amittitz reipsa et effective, sz tm meri-
torie ac dispositive, quatenus nimirum talis
ob abusum l. aliud enorme facinus meretz spo-
liari privilegijs gressis. Et hæc de privileg-
ijs, adeoqz de Legibus in gre dicta sufficiant.